

47.  
DISPUTATIO JURIDICA  
DE

# Concurſu & Præ- latione Creditorum,

*Quam*  
*Magnifici, Ampliſſimiq; Jctorum Ordinis*  
*Conſenſu*

PRÆSIDE

VIRO

*Nobili, Ampliſſimo, Excellentiſſimo*

**Dn. GODOFREDO SVE-**

**VO, J. U. D. & Prof. Publ. Celeberrimo, Curiaë**  
**Electoralis, Scabinatus, & Inclutæ Facultatis**

*Juridicæ Adſeſſore graviſſimo,*

*Præceptore, Patrono, ac Promotore ſuo omni ob-*  
*ſervantia cultu colendo.*

*defendet*

**HERMANNUS Helm/Holfatô-Dith-**  
**marſus.**

**A. & R.**

*Die 20 Novembris,*

*horis pomeridianis,*

**In Auditorio Jctorum**

**Wittebergæ.**

---

**WITTEBERGÆ,**

**Ex Ergaſterio MICHAELIS Wendts/**

**ANNO 1651.**



DISPUTATIO  
DE  
Concursu & Prioritate  
Creditorum

Magister, Amplius, & Coram Ordine  
Consensu  
PRÆSIDE

Nobilis, Amplius, & Excellentissimo  
Dr. GODOFRIDO  
V. O. L. B. & R. O. S. P. U. B. C. O. L. L. E. G. I. E. M. A. G. I. S. T. R. O.  
Nicolai, Scholasticus, & Inceptor Facultatis  
Juridicæ Adlectore gratissimo  
Præceptor, Privatæ, ac Publicæ Professor

HERMANNUS SCHMIDT  
delens

Die 21. Novembris  
1774  
in Auditorio Jurium  
Wittenbergæ

WITTENBERG  
Ex Typographia M. J. J. J. J.  
Anno 1774



CUM DEO!



Voniam multi hoc præsertim fallacis-  
simo seculo, vel ingenii malignitate fidem fal-  
lunt deliberatò, vel fortunæ asperitate præter o-  
pinionem omnium bonis coguntur cedere, quod  
*de suis, prout hoc sapiens contingit, facultatibus,*  
*quam in iis erat, speraverint amplius* § in fraud. 4.  
Inst. quibus ex causis manum: non licet, indeq; propter concurrentes  
undiquaq; Creditores, lites generetur sine numero, actionesq;ve  
multivariæ; adeò ut in foro hæ ipse tam familiares sint, quam  
obsonium in prandio: In præsentiarum constitutum est, propter  
summam & utilitatem ac necessitatem, quotidianam usq; fre-  
quentissimam hanc de PRÆLATIONE CREDITORUM ma-  
teriam discutere, placideq; ventilandam proponere, illius memo-  
res, quod J. C. Paulus in l. 25 ff. de liberat. legat. & Ulp. l. 1. de susp. Tut. in-  
culcant, quotidiana plenius atq; accuratius esse examinanda; ne  
autem intricatissima hæc materia obscuritati magis implicetur,  
distinctè eam & quidem quinq; classib. tractabimus, inter quas  
esto.

CLASSIS I.

In qua collocamus eos, qui ex Dominio præferuntur  
omnibus aliis, vel alio quodam jure præ cæteris gaudent.

§. 1. Reivindicatõe omnibus aliis actionibus tam hypothe-  
cariis quàm personalibus potiorè esse nemo negabit facilè l. 5. §. pen.  
ff. de trib. act. l. 9. §. 2. ff. de priv. Cred. Et in hac quidem classe facè  
præluet reliquis DEPOSITUM. Quod, cū apertissima bon. fid. in  
sele contineat documenta, adeo ut etiam depositarii sint quasi  
templum fidei, cui sine periculo depositum concredatur, tantus  
ei debeat honor, ut sine mora, omniq; prohibitione Novell. 38

et ac prætextu seu compensationis seu exceptionis restitui  
debeat *l. 10. C. depositi*, ita et si quis conventus propter hoc & da-  
mnatus in famis fiat; *d. l. 10. C. deposit. l. 1. ff. de iis qui not. inf.* Et ex  
constitut. *Crim. Card. V. artic. 170*; ceu sár pleñatur. *Tholosan.*  
*Syntag. Jur. Univ. p. 3. lib. 23. c. 4.* unde præfertur deponens cæte-  
ris creditoribus omnibus. *l. Si ventri §. in bonis ff. de privil. credito-  
rum. l. Si hominem §. Si quotiens 2. ff. deposit.* cui nec contrariatur  
Jus Saxonicum *vid. §. ordin. Judic. d. Tit. 42 post pr.* von den  
Gläubigern/welche die prærogation vers: Darumb wenn einer  
etwas: *Moller. ad constit. El. Aug. 28. n. 74.* Nec opus est pro-  
cessu ordinario, ut quis experiatur contra depositarium, sed  
summariè & excecutive hic agere potest, ut ita sine omni tergi-  
versatione restituatur, *Bald. in lege acceptam C. de usur. & Bar-  
tol. in l. Si quis C. deposit. Beuth. de jure pralat. part. 1. c. 31. Koppen. de-  
cis. 28. n. 3. Berlich. Conclus. 64. n. 4. Dn. Carpz. Constit. 28. defn. 15.*

§. 2. Utrum autem & hoc privilegium locum habeat, si  
res consumpta sit, quæstionis est. De jure Saxonico quidem jam  
diu decisum hoc, atque negatum est. *in Novell. Elect. August. 28.*  
*part. 1.* §. ferner sollen auch nach dem bezahlet werden/ *§. ordin. Jud.*  
*El. Saxon. Tit. 49. pr.* nach den Gläubigern die ein dienglich Recht  
haben. De jure civili autem controversitur, quod nimirum ad  
perfidiam non debeant trahi, quæ bonæ fidei sunt *l. 11. C. deposit.*  
ad eoque nefas sit & naturæ contrarium fraudulentis artibus  
aliena acquirere, *l. 1. §. ult. ff. de furt.* neque minus fur censeatur.  
ut ex præcedenti thesi constat, qui alienat, quam qui furarus  
fuerit *l. 3. ibid.* Negativa tamen verior videtur & frequentiori ob-  
servantia stabilita; sibi namque imputare debet deponens,  
quod non fide digniorem elegerit, aut non maturè rebus debi-  
toris vacillatib9 sua repetiverit. LL. in contrariū opponi solitæ  
quid valeant in discusso forte videbimus. *vid. Moll. ad Const. El.*  
*28. n. 74. Berlich. Concl. 64. n. 20. Dn. Carpz. ibid. defn. 15. & 150.*

§. 3. Cessat prætereà privilegium hoc, quamprimum  
depositum terminos suos prætergreditur, ut si aliquid lucri ca-  
piat. *l. 24. ff. de reb. autor. jud. poss.* exinde enim statim etiamsi ad-  
huc

huc extet censetur renunciasse deposito. l. 7. § quoties 2 ff de pos.  
in creditū namq; habuit. l. 5. § 28. ff. de tribut. ad. Berl. Concl. 46. n.  
18. Moll. ad Const. Elect. part. 1. Concl. 28. n. 74. eademq; hic mili-  
tat ratio, quæ in mutuo, in utroq; enim transfertur dominium  
l. 2. § appellata ff. sicert. pet. res autem ex pecunia creditoris em-  
pta proflus debitoris fit, nullamq; in ea mutuās prerogativam  
habet, sed in concursu Creditorum communi jure utitur  
per tex. sing. in quidam fundum ff. de in rem verso; nisi forte ex-  
presse ad hanc rem comparandam data sit, vid. text. in authen.  
quo jure C. qui pot. in pig. Geil. 2. obf. 12. n. 1. & seqq.

§. 4. Habent prætereâ & in hac classe privilegium  
mercenarii & famuli domestici de jure Saxon. ex Novell. Const.  
Elect. 28 p. 2. pr. & ordinat. jud. tit. 42. §. nechst diesem sol das Liede-  
lohn vor alle folgende Gläubiger bezahlet werden: quoniam se-  
sua diligentia & industria in rebus Domini Creditorum hypo-  
thecas tutiores faciant. Moll. ad dictam Const. 28. n. 13. Hart.  
Pist. part. 1. q. 8. n. 1. Beuth d. l. part. 2. c. 11. VVesenb. ff. de privil. cred. n.  
5. Beust. ad l. admonendi 31. ff. de jurejurand. n. 968. Zobel. part. 2.  
diff. 49. n. 19. à quo de jure communi recessum est ita ut nulla eis  
præferentia tribuatur, sed saltem tacita hypotheca in bonis de-  
functi juxta quam hypothecariis tantum posterioribus æqui-  
parentur, prioribus autem nullo modo præferantur. VVesenb.  
ibid. Pist. ibid. n. 2. Berl. Concl. 64. n. 66. & seqq. Dn. Carpz ad  
concl. 78. de fin. 34. illud ex utroq; jure tam civili quam Saxoni-  
co commune habent, ut merces sit promissa, & tempore mor-  
tis defuncti sint in ædibus, vel cum dominus ad paupertatem  
reductus est, & creditores de prioritate certant, in ædibus &  
servitio reperiantur. Das sie noch an seinem Dienst und an sei-  
nem Brod unter dem Gesinde seyn. Berl. d. Concl. 64. n. 67. Moll.  
ad Const. 28. n. 5. unde patet ex horum numero planè excludi  
advocatos, procuratores, tabellarios, ordin. judic. Elect. Saxon.  
tit. 42. d. §. sub fin. Darumb ist der Advocaten Besoldung oder  
dergleichen nicht her zu rechnen/ quod ipsorum opera extra do-  
mum plerumq; reperiat, neq; Brodling live Brodgesinde



*Wehner. observ. pract. verb. Brodling appellari queant.*

§. 5. Porro ad hanc classem referimus impensas funebres *l. 18. l. 19. l. 45. ff. de relig. & sumptib. funer. de jure Saxon. minus dubium est. per Const. Aug. p. 1. Const. postpr. §. nach den berechtigten Schulden/neq; rationibus caret pragnantissimis hæc assertio, & præter pietatis officium publica id exigit utilitas & veterum religiosa auctoritas, ne insepulta jaceant cadavera. l. 43. ff. de rel. & sumpt. fun.*

§. 6. Veniunt autem impensarum nomine, quæcunq; corporis causa ante & post animæ discessum sunt erogata, ut sunt pharmaca, sumptus Medicis præstandi & Chirurgis, precium loci ubi humatus est, vectigal quod in itinere vor den Durchzug præstatur, & id genus alia, exclusis tamẽ de jure civili vestibus funebribus, fasciis, seriis, peplis, cum potius ad pompasam ostentationem, quã honori demortuo præstando faciãt. *l. 14. §. 3. & 6. l. 37. §. 1. ibid. Beuth p. 1. c. 26. p. 2. c. 10. contrarium tamen etiam in his impensis usus observat, in primis Saxonicus vid. Moll. ad d. Const. 28. n. 27. Berlich. Concl. 64. p. a. n. 88. & seq.*

§. 7. Excipit hosce creditores privilegio suo Fiscus quoad Collectas & onera publica Herrschafftgefälle i Erbzinse/ Schos/ Steuer und Schatzung/ *l. 1. C. in quib. caus. pig. tacit. l. 1. C. si propter pensit publ. l. 46. §. 3. de jure fisc. pro hisce n. omnia Magistratui priori loco sũt obligata Novell. Aug. Const. 28 p. 1 vid. Ord. Judic. Elect. tit. 42. & ad eam Berlich. d. loc. Dn. Carpz. d. Const. defn. 47. quod & extendendum est ad ea, quæ subditi pro more in executione Criminali solvere coguntur. Hencker oder Härde Geld vid. Berlich. d. Concl. 64. n. 104. nec non ad illud quod Magistratus pro debitore in tributis der Land- und Francksteuer erogavit, quod privilegium tamen saltem ad quadriennium durat. Dn. Carpz. d. Constit. defn. 52. In contractibus verò & conventionibus reliquis quale privilegium habeat Fiscus sub classe secunda dicetur pluribus.*

§. 8. Hac etiam pertinent decimæ, census, aliæq; pensiones Ecclesiis, Scholis, cæterisq; piis causis debitæ. *Vid. Ord. Jud. d. tit. 42. §. ferner Berlich. d. Concl. 64. n. 108.*

§. 9. A-



§ 9. Agmen claudunt in hac classe de jure Saxonico debita hæreditaria, quæ à cohærede ex materna sive paterna vel alia hæreditate hæredi sunt præstanda *Novell. El. Aug. p. 1. Const. 28. pr. Moll. ibid. n. 29. § 1. Semestr. c. 26. pr. Rauchb. p. 1. q. 6. n. 8. VVeber pract. obser. verb. Erbgeld vide. sis. § Ordinat. Judic. tit. 42. §.* Es wird aber Erbgeld / & limitationes plures apud *Berlich. d. Conclus. 64. n. 114. § seq.*

## CLASSIS II.

In hac classe reponimus eos qui præter jus reale personæ si quoque privilegio gaudent.

§. 1. Primum locum hic occupat mulier ratione dotis idque ex beneficio fautoris sui liberalissimi Justiniani *in l. 30. C. de jur. Dot. § fuerat 19. vers. sed § tacit. Instit. de actionibus l. un. C. de Rei ux. act. l. 12. C. qui pot. in pig. Novell. 97. c. 2. § 3. Novell. 109. c. 1.* Utrum autem ratione Dotis indistinctè omnibus etiam expressam anteriorem habentibus præferatur. quæstionis est. De jure Saxonico consentientibus omnibus mulier expressam hypothecam anteriorem habentibus non præfertur. *Beust. ad l. admonendi de jure jurando. n. 968. Moll. p. 1. Const. 28. §. 7. vers. allen andern Gläubigern / so nicht ausdrückliche Verpfändung haben / Coler. p. 2. decis. 270. quam etiam sententiam secutus est modernus Elect. Sax. in process. Judic. tit. 43. von den Gläubigern / welche neben der dinglichen Berechtigung / post pr. vers. aber gleichwol nicht den jenigen. De jure Civili verò admodum controversum est. Nos contra *Geil. 2. obs. 25. n. 7. § seq. § alios affirmativam tuebimur per l. assiduis 12. C. qui pot. in pig. l. ubi adhuc 29. pr. l. satis notum est. 4. C. in quibus caus. pig. vel hypothec. ubi mulier omnibus creditoribus etiam anteriorem habentibus præfertur. Nullibi autem in toto jure reperitur, quod creditores expressam anteriorem habentes præferantur, l. in reb. dot. 30. C. de Jur. Dot. nam quod in iis, quæ in militiae emptionem credata sunt, in causis nempe primipilaribus, si ex hæreditate ma-**



riti satisfieri nequit, mulier in dote cedit, plane singularis casus est, nec ad reliquos hypothecarios extendendus, cum & expresse horum jura excuti jubeantur, priusquam eò deveniarur, *l. 3. C. de primip.* Deinde ubi eadem ratio, idem jus sequitur, *l. illud 23. ff. ad l. Aquil. l. 5 si a Titio stipulatus 108. sub fin. ff. de V. O.* Ratio autem assignata in *l. rebus dotal. 30. C. de Jur. Dot.* quod dos in patrimonium & potestatem mariti non transeat, propter privilegium mulieri ob partus periculum & liberorum pro creationem & educationem concessum æquè locum habeat in expressa atque in tacita hypotheca anteriori *Myns. Cent. 4. obs. 13. Beuth p. 1. c. 35. Beust. ad l. admonend. de jurejur. n. 968.* Unde etiam si extet Dos, illius vindicatio permittitur, quæ cæteris conditionibus præfertur omnibus. Adde quod in dubio pro dote semper præsumatur, neque hypothecarii sibi privilegium in præjudicium mulieris possint acquirere, adeò ut non immeritò dicatur in *l. 1. ff. de solut. matr.* dotium causam semper & ubique esse potiore, *vid. per omnia Beylich. Conclus. 65. n. 8.*

§. 2. Quod verò idem privilegium in additamento Dotis valeat vulgo die *Verbetterung* probatur per *Novell. 97. c. 2. §. 3.* si quidem jus idem est in parte quoad partem quod in toto quoad totum *l. 1. C. de jur. dot. l. etiam si non dotem 8. C. eodem ?* Ad dotem verò confessatam extendendum minimè *l. assiduis C. qui pot. in pig. 12. §. 1. & l. 1. C. de dot. Caus.* verè enim solutam esse constare debet, adeò ut nullam suspectissimæ confessioni mariti, ne jurata quidem, *Dn. Carpzov. d. Constit. defm. 73.* multò minus scriptura exhibitæ, *Schurf. Consil. 18. n. 1. & 2. Cent. 2. Schneidevv. ad § fuerat 29. Instit. de action. n. 65.* fidem adhiberi oporteat. *Geil. 2. obs. 81. n. 2. Moll. d. Constit. 28. n. 35. Dn. Carpz. ib. defm. 62 Rauchb. q. 3. n. 73. Beust. ad l. adm. de jurejur. fol. 664.* Neque ullo modo hoc casu Creditorib. præjudicare potest, at bene tamen sibi ipsi suisq; hæredibus *Schneidevv. d. l.* Si verò qualificata testibus aut similibus fuerit confessio, tunc quasi publicè factam *l. scripturas 11. C. qui pot.* Creditoribus constante etiam matrimonio nocere docet *Geil. 2. obs. 81. n. 4. Dn. Carpz. d. l. de fin. 80.*

§. 3. De

§. 3. De paraphernalibus anceps pariter est opinio, juri-  
 civ. & Saxon. illo mulierem ad hoc privilegium non admittē-  
 te, licet habeat in hisce tacitam hypothecam *Beuth. d. l. p. 1. c. 35.*  
*Schneiderv. d. l. n. 74. Moll. d. Const. n. 37. Myns. Cent. 5. obs 4.* Hoc  
 verò, licet quidam ipsi idem privilegium quod in prælatione  
 Dotis competit, concedant, *per text. in Novell. El. August. p. 1. const.*  
*28. ob verba,* mit ihren eingebrachten Gut/attamen verius est illa  
 verba saltem intelligenda esse de bonis tantum dotalibus *per*  
*text express. in Novell. Aug. p. 2. Const. 16. § 24. Mitgiffte und Ein-*  
*bringen/ubi hæc pro eodem reputantur.* Adeoque pro para-  
 phernalibus tantum tacitam habent hypothecam *per text. in*  
*ordin. Jud. tit. 43. §.* Was aber die Ehe weiber. Aliud est si  
 propria ipsarum paraphernalia adhuc extant: tunc n. credito-  
 ribus jure domini utentibus accensentur. *Ordin. Jud. Elect.*  
*tit. 42 post. pr. vers.* Desgleichen wenn etwa ein Weib *§ tit. seq.*  
*vers. 2.* Es were denn ihr zugebracht eigenthümlich Gut. *l. 1. C. ad*  
*l. Jul. de vi publ. l. 1. C. de priv. fisc. l. ob maritorum 2 C. ne uxor pro ma-*  
*rito l. res uxoris 24. C. de donat. inter vir. & uxor. vid. Berlich. d. Cöcl.*  
*65. n. 63. § seqq.*

§. 4. Transsit deinde illud privilegium ad liberos ejus-  
 dem matrimoni. *l. assiduis 12. §. exceptis 2. C. qui pot. Authent. si*  
*quid ex rebus C. eodem. Authent. quod obrinet C. de pig. Novell. 91. pr.*  
*§. un. n. 1, Schneiderv. ad § fuerat 29. Instit. de action. n. 68.* Non  
 ad extraneos *d. l. assiduis.* Cum propter liberos maximè eo ma-  
 trimonio educandos indultum beneficium sit, ut eo felicius e-  
 ducari possint, propter quod itaque unum quodque tale est, id  
 magis tale est. *Vid. d. Novell. 91. pr. l. 29. C. de jur. dot. §. 14.*

§. 5. Cessat vero hoc privilegium, si mulier communem  
 negotiationem aut cauponariam exercuerit, wenn das Weib  
 zum offnen Kramladen oder Markt siset. tenetur enim ejus-  
 modi foemina tanquam correa debendi ex jure societatis *l. 1. §.*  
*ult. ff. de Exercit. act.* Et hanc communissimam Germaniæ cō-  
 suetudinem esse testatur *Geil. 2. observ. 90. Beuth. d. l. p. 1. c. 15.* Cēs-  
 sat porrò si mulier sciens volensq; nubat viro egeno aut prodi-  
 ga-

galiter sumptuoso *Geil. 2 obs. 84.* aut si sua ipsius culpa maritū ad inopiam adegerit, *Schepluz ad consuetud. March. p. 3. tit. 2. q. 1. n. 6. Berlich. d. Concl. 65. n. 87. Dn. Carpz. d. Constit. 28. § 83. n. 2.* Aut si se una cum marito obligarit, aut pro marito intercesserit, & beneficio S. Cti. Vellej. firmiter vel juratō renūciaverit *Novell. E. lect. August. Constit. 16. p. 2. pr.* Wenn sich ein Weib für ihrem Ehemann mit Einsetzung dessen/so ihr zugehöret/vel sub promissione fidei, an Eynes statt: tum enim quin itidem privilegio suo cadat nullum est dubium.

§ 6. Referuntur porro ad hanc classem illi, qui vel in domus vel navis refectioem credunt pecuniam. *l. 1. ff. in quib. caus. hyp. tacit. l. 5. ff. qui pot. in pig. l. 25. de reb. cred. Ord. Judic. tit. 43.* §. Wenn auch einer. quod reipubl. scilicet inter sit, ne aspectus urbis deformetur, & navium usus ad asportandam annonam & negotiationem exercendam integer conservetur. Id vero ne elidatur privilegium, ut speciatim & expressè ad hanc rem reficiendam credita sit pecunia necesse est, *Myns. 1. Cent. obs. 60. Geil. 2 obs. 24.* pariter, ut actualiter etiam reficiantur, *l. 5. ff. qui pot. l. 7. ff. de exercit. act.* cessante enim causa propter quam erogata fuerat, & ipse effectus cessare dicitur, *Geil. 2. obs. 25. n. 7.* Et non de novo adificetur; nam quod nondum fuit, id oppignorationi obnoxium esse non potuit, *Beurb. p. 1 c. 20.* Quamvis si pecunia ad navim adificandam, sicut & prædium aut aliud quid comparandum data fuerit, cum speciali pacto & hypothecâ in illa re constitutâ: idem privilegium obtineat, *l. 7. C. qui pot. in pig. Ord. Judic. tit. 43.* § also wenn einer. Non tamen in excurrenre summa stabit privilegium, *d. l. Lucius Titius 7. in fin. pr. ff. de exercit. act.* neque enim ad pompam & superflue; sed quantum necesse, bona hæc impendendum est, ne reliqui graventur. *l. in restituenda. 4. in verb. bona f. C. de petit. hered. Beurb. d. l. c. 26. sub fin. vers.* Die übrige unnöthige.

§ 7. Venit & in hanc classem fiscus ratione eorum, quæ ipsi ex contractu debentur. In his namque omnibus omnino creditoribus Chirographariis & personaliter privilegia.

giatis, anterioribus, imò etiam hypothecariis posterioribus præfertur, per text. express. in l. si pig. 8. ff. qui pot. l. quod quis 34. ff. de reb. autor. jud. poss. l. quamvis. 2. C. de priv. fisc. Non autem siye tacitam siye expressam anteriorem habentibus, Geil. in l. assiduis 12. C. qui pot. vers. licet anterior, Mænoch. lib. 2. de præsumpt. 72. Idque per text. l. un. vers. potuit ergo Curator. C. rem alien. gerent. non interdic. Et per regulam uniuersalem, qui tempore prior iure potior est. Nec non per sententiam moderni Electoris in process. Jud. tit. 43. vers. Desgleichen ob wohl der fiscus, idem confirmantem.

§. 8. Fallit tamen hæc regula. (1) Si debitor post hypothecam cum privatis debitoribus contractam alia bona acquisiverit. Eo enim casu fiscus in bonis illis omnibus tam expressam quam tacitam tam generalem quam specialem anteriorem habentibus præfertur per text. expr. in l. Si is qui mihi 28. ff. de jur. fisc. Cujac. l. 10. obs. 22. in med. Beust. d. l. admonendi, n. 968. Quam & sententiam probavit Johan Georg. Elect. Saxon. in process. jud. d. tit. 43. §. 4. vers. Desgleichen ob wohl der fiscus, in verb. sondern auch in den Gütern. (2) in debitis ratione pœnarum; in iis enim fiscus saltem tacitam hypothecam habere dicitur etiam in præjudicium ipsorum Creditorum, per Ord. Process. jud. tit. 43. §. 5. vers. so hat doch solch jus prælat. Berlieb. Concl. 65. n. 118. & seq. Dn. Carpz ad d. Const. 28. def. 104. quod jure civili non æquè obtinet, l. un. C. pœn. fiscal. Credit. præf. l. 17. l. 37. ff. de fisco, nisi forte quoad præjudicium ipsius delinquentis & debitoris tantum: Vid. Negus. p. 2. m. 4. n. 115. Berlieb. d. loc. n. 127.

§. 9. Nec tacendus in hac classe pupillus erit, sed prædictis accensendus in re illa, quam alius pecunia ipsius comparauerat, l. 7. ff. qui pot. in pig. l. 3. pr. ff. de reb. eor. qui sub. tut. Dn. Carpz ad d. Const. 28. def. 109. Confer. Bachovius ad Treutl. vol. 2. disp. 24. th. ult. lit. d.

§. 10. Et tantum ad priores hæc duas classes, de quorum creditorum concurrentia geminam hanc subjungim⁹ regulam, ratione ordinis inter concurrentes, observandi. In-

ter illos primæ classis creditores, qui potissimo ante omnes alios jure utuntur, quales sunt, qui Dominium in re exstante habent, Mercenarii, Domestici, Creditores impensarum funebrium, fisco ratione tributorum, creditores pecuniæ hereditariæ. Nec ratio temporis habetur nec singulis pro rata portione, sed secundum literam constitutionis, eo ordine quo quisq; prior nominatus est, ex bonis debitoris satisfiet, *Berlich. Concl. 64. n. 125. & seq.* Inter secundæ classis creditores autem qui hypothecam cum privilegio habent, quales mulier ratione dotis, creditor ad refectionem vel conservationem, Fiscus ex contractu, pupillus in re, ex pecunia sua comparata, Sola temporis ratio habetur, & potior est qui tempore prior. *Berlich. concl. 69. n. 153. & seqq.* Quod si de prioritare temporis non constet, placuit Electori Serenissimo mulierem cæteris omnibus, pupillum autem Fisco præferri *d. Ord. Judic. tit. 43. § ult.*

### CLASSIS III.

Ad hanc classem Tertiam referimus eos omnes, qui hypothecam aliquam vel expressam vel tacitam vel jus aliud his simile habent. Quorum creditorum ea est natura perpetua, ut Chirographariis & personaliter privilegiatis in conflictu sine omni contradictione præferantur, *l. 2. l. 3. l. 7. & 9. C. qui pot. in pig. §. 1.* Venit hic notandum (1) pignus legale seu tacitum nihil differre à conventionali sive expresso, seu æquiparari illi per omnia, ob generalitatem *text. in l. 11. 12. ff. qui pot. in pig. l. 2. l. 4. C. eodem contra Cöler p. 1. decis. 137. n. 1. Sichard. in rubr. C. in quib. caus. pig. vel bypoth. tacit. contrab. n. 2.* expressam posteriorem tacitæ anteriori præferentes (2) hic obtinere regulam, qui prior tempore, jure potior est. *l. 2. §. 8. 10. & seq. ff. qui pot. l. 2. 4. l. assiduis 12. C. eodem. idq; de jure Saxonico confirmatum est d. Constit. 28. §. nach ist berührten Schulden/unter welchen die Eltisten von Zeit der erlangten Verpfändung ibidemq; Möll. n. 64. Ordin. Jud. Tit.*

44. §. alle dessen Gläubiger adde *Geil. 2. obs. 25. n. 2. Mynf. Cent. 1. obs. 59.*

§. 2. Casus in quibus jus tacitæ hypothecæ 'constituitur, sunt multivarii, *Negus. recenset 24. plures Sicbardus de quibus vid. Speckhan. Class. 1. q. 46. Cent. 3.* Nos brevitatis ergo, saltem aliquot eosque præcipuos perlustrabimus, & quidem loco primo ponimus Bona Patris, quæ tacite sunt obligata liberis pro alienatione, vel dolosa aut culpabili administratione Adventitorum seu Castrensiū l. *cum oportet § 1. C. de bonis qua liber. idq. cum primis ex Ordinat. Judic. El. Sax. tit. 45. pr.* Quod idem ad dona à susceptore oblata das *Patent Geld* extendit *Dn. Carpz. p. 2. constit. 24. def. ult.* & ad dona strenæ loco data *Neu Jahrgeschent Beuth. p. 1. c. 2. arg. l. pro offic. C. de administ. tut.*

§. 3. Tacita hypothecca competit porro pupillis, in bonis tutoris pro gestis & non gestis *d. l. pro officio l. un. §. 1. C. de rei uxor. act. Ord. Jud. El. Tit. 45. pr. vers.* desgleichen haben die Kinder *Berlich. conclus. 67. n. 19. Beuth. p. 1. c. 1. da den Pupillen und Minderjährigen* & hoc obtinet in omnibus bonis non tantum allodialibus sed etiam feudalibus; Si scil. tutor à Domino feudi constitutus sit & ex allodialibus pupillo satisfieri non possit *d. Ord. Jud. Tit. 45. §. ferner vernehmen wir Dn. Carpz. Resp. Jur. Elect. l. 4. Tit. 4. resp. 33. n. 2. § 3.* Non tamen obtinet hoc privilegium in bonis Curatoris ad litem dati, qua hic nullam bonorum administrationem habet. *Rauchb. p. 1. q. 8. n. 7. Dn. Carpz. Constit. 24. def. 15.* Nec etiam procedit in bonis, quæ hæredi tutoris ex ejus facultatibus non obuenerunt. *Berlich. Concl. 16. n. 34. Dn. Carpz. d. constit. def. 13. Beuth. p. 1. c. 4.* ubi plures circa hæc limitationes videre licet.

§. 4. Competit idem Jus Civitatibus, communitatibus, Ecclesiis, Scholis atque Xenodochiis in bonis prælatorum, atque administratorum. Nam æquiparantur pupillis atque tutoribus *l. orphanotrophos pr. C. de Episc. & Cler. Geil. 1. obs. 30. n. 16. § 2. obs. 62. n. 4. Berlich. Conclus. 67. n. 41. Dn. Carpz. p. 1. Const. 28. def. 115.*

B 2

§. 5. Com.



§. 5. Competit eodem modo locatori in bonis inve-  
ctis & illatis in rem conductam & quidem in prædium urba-  
num l. 2. 3. §. 4. ff. in quibus causis pig. vel hypoth. tacit. l. certi juris C.  
de locat. Ordin. Judic. El. tit. 45. §. Wann auch idq; pro pensione,  
itemq; deterioratione & damno l. Pomponius ff. in quibus caus.  
pig. l. ult. C. eodem si modo eo animo inducta sint, ut inibi perpe-  
tuo maneant usq; ad præstitutum tempus. Nec etiam aliena  
sint, hæc enim excipiuntur, ut & illæ res quæ in expressa gene-  
rali oppignoratione non comprehenduntur, ut sunt vestes quo-  
tidianæ, aliaq; quorum mentio fit in l. obligatione 6. §. seq. ff. de  
pig. unde colligunt libris studiosorum, si alia sufficiant, parcen-  
dum esse, quibus deficientibus tum demum arrestari eos posse si-  
ne omni injuria tradit Coler p. 2. c. 3. de process. execut. quem se-  
quitur Dn. Carpz p. 2. Const. Elect. 25. def. n. 20. n. 8.

§. 6. Aliud est in prædio rustico in quod illata per co-  
lonum, non obligantur pignori, nisi expressa conventio acces-  
serit, per §. ad piscende 4. Inst. de interd. l. 4. ff. in quibus caus. pig. tacit.  
in verbo, in rusticis prædiis contra: tum quod dispar illorum præ-  
diorum sit ratio, in rustico enim prædio de annuo canone lo-  
catori satis cautum est, per fructus tam naturales quam indu-  
striales qui ipsi tacite obligantur, l. 7. ff. §. ult. C. in quibus caus. l. 1.  
24. §. 1. l. 53. ff. locati, quorum ratio in urbana prædia non inci-  
dit, adeo ut opus fuerit aliunde locatoribus succurri VVes. l. n.  
16. Colleg. Argentorat. h. tit. Tum quod de illatis in prædia ru-  
stica semper expressi, nunquam taciti pignoris fiat mentio l. 22.  
ff. de pign. l. 11. §. 2. ff. qui pot. §. l. 5. C. locat. in urbana verò,  
taciti tantum pignoris, per textus superius allegatos.

Tacita quoque hypotheca gaudent legatarii in bonis  
testatoris pro legato consequendo §. 2. Inst. de leg. l. 1. C. comm. de  
Legat. concordat. Ordin. Jud. d. tit. 45 §. item Wenn einem confer. de  
alio tacitis hypothecis Treutl. vol. 2. disp. 1. tb. 4.

§. 7. Ad hanc classē referimus quoque eos, qui præcedente pro-  
cessu ordinario, per sententiam quæ jam in rem judicatam trā-  
sit in possessionem sunt missi, & pignus quod vocant *judiciale*

con-



consecuti sunt; inter quos ille potior, qui immissus prior est l. 10. ff. de iis qui pot. l. 2. § 3. C. eod. l. non est mirum 26. pr. ff. de pign. act. Myns. cent. 3. obs. 28 Beuth. p. 1 c. 7 § 24 § p. 2 c. 17. VVesenb. ff. de jur. cred. n. 9. Rauchb. p. 2 qv. 9 n. 39 Berlich. p. 1. concl. 68 n. 2 Cui suffragatur, d. constit. 28 p. 1 Sdergleichen § Ord. Iud. Elect. Tit. 44. pr. § 5. zum dritten. Ad hoc autem, ut consequatur, non sufficit interlocutoria de mittendo, aut comminatio de imittendo nec literæ executoriales die Hülffzeddel, sed necesse est ut realiter sint immissi, tam de jure civili l. non est mirum 26. § secundum est 1 ff. de pig. act. Myns. cent. 1. obs. 78. sub fin. quam Saxonico per textum in Novell. Elect. August. d. part. 1. const. 28. med. vers. Die rötliche Einweisung und immission. Quæ immissio solet plerumq; fieri solenniter, ut ignis in foco extingvatur, vicicissimque incendatur, ut creditor janam apprehendat, wenn er einen Span aus der Thür geschnitten/pro quo etiam certa pecunia, quæ dicitur Hülffgeld persolvenda VVesenb. obs. penult. von Hülffgeld/ § c. Ord. Judic. Saxon. tit. 47. § Es ist aber. Et ita realiter & ritè facta immissio, ingentem hunc effectum sortitur, ut vi ejus, creditor præferatur omnibus posterioribus etiam expressam hypothecam habentibus. Cothman. consil. 21 n. 25. Koppen. decis. q. 28 n. 8. Eundem effectum instrumentum Gvarentigiatum vel aliud documentum publicum, quod paratam executionem habet; operatur. Si scilicet, eo solo ostenso extra processum ordinarium, quis immisus fuerit, cum tale instrumentum vigore statuti paratam executionem habens, vim sententiæ obtineat, vid. Berlich. concl. 68 n. 7 § seq. Rauchb. p. 1 q. 17 n. 28. Geil. 2 obs. 40 Moll ad constit. 28 n. 68. quod & expresse confirmatur in d. Ord. Iud. tit. 47. pr. Wenn einer auff vorhergehenden ordentlichen process.

§. 8. Hisce ex Novell. Elect. August. p. 1. const. 28 Sund denti nechst diesem accensentur illi, qui per arrestum in bonis debitoris jus reale consecuti sunt, quod tamen legitime secundum formam debitam petitum sit necessum est, der Arrestiren Willwuff drey Dingetage haben Landr. l. 1 art. 70. Moll. ibid, n. 77. Col. de proces.

es execut. p. 1. Beust. ad leg. admonendi de jur. jur. n. 968. VVeibn. in  
suis pract. observ. verb. Arrest. Nummer zuschlage. Ves. de priv. cred.  
Zang de except. p. 2 c. 1 n. 268. idemque repetitum est atque confir-  
matum in Ordin. Iud. Elect. Saxon. tit. 48 pr. Diweil in unfer  
Landes-Constitution der Arrest. Cedit autem hoc jus reale  
arrestantibus ea ipsa hora, qua arrestum primum impetrarunt  
& legitimè illud prosecuti sunt d. const. 28 p. 1. §. ferner sollen  
post. med. von der Stunde anzufangen / Ordin. Iud. Elect. d. tit.  
pr. von der Zeit an: per quod æquiparantur cæteris in hac clas-  
se recensitis, & posterioribus qui vel privilegium person. le vel  
hypothecam posteriorem sive tacitam sive expressam habent,  
præferuntur. vid. Const. 28. Ord. Iud. d. tit. 44. §. alle diese Gläu-  
biger. eamqve consuetudinem ita notoriam esse inquit Colerus  
p. 1 c. 2 n. 19 & p. 3 c. 1 n. 24. ut allegationibus non indigeat.  
De jure communi arrestum tale jus nõ tribuit vid. Jacob. Schul-  
tes in addit. ad modest. Pistor p. 4 q. 162 n. 25 & seq.

§. 9. Hujus itaque classis uti jam supra dictum inter  
concurrentes creditores hic ordo & hæc regula. Is jure poti-  
or, qui tempore est prior, eaque obtinet tam in sorte quam usu-  
ris licitis, per expressum text. in l. Lucius Titius 18 ff. qui pot. in pig. l. si  
plures 9. §. summa ff. de pact. Myns. cent. 1. obs. 59 pr. De jur. Saxon.  
in concursu creditorum usuræ tum demum exsolvendæ sunt,  
cum reliqui sortem perceperint Moll. ad Const. Sax. 28 p. 1 n. 64.  
Col. process. Exec. p. 1 c. 10 n. 112. Zang. de except. p. 3 c. 25 n. 47 quod  
tamen de usuris lucratoriis saltem verüest, non itè de compen-  
satoriis Sorg ausschreiben de An. 1583. tit. von Bucher und wu-  
cherlichen Contracten. Cæterum quo modis fiat, ut interdum  
prior tempore non sit potior jure, sed ex causa & qualitate de-  
biti posterior præferatur priori vide prolixè apud Berlich. d. p. 1  
Covcl. 66 n. 41. & seq. Singulatim enim ea omnia hic persequi  
non patitur instituti nostri ratio, id saltè addimus ad quæstio-  
nem illam pulchram atque difficilem Moll. 2 Semestr. c. 4 an pe-  
cunia soluta posteriori vel non privilegiato creditori, à priore  
privilegiū fortius habere possit condici atque repeti? id quod,  
ne-

nequicquam obstante, quod vigilantibus jura subveniant, l. 5. §  
6. ff. ex quib. caus. maj. 25. ann. Hoc enim succedit inter eos qui  
pari jure utuntur, l. inter eos 19. ff. de re judic. l. 6 § 2 ff. de reb. aut.  
jud. poss. Geil. 12. obs. 25 n. 4 affirmamus. per text. in l. pupillus. 24 ff. qvæ  
in fraud. cred. l. procuratoris § fin. cum l. seq. de tribut. act. Dn.  
Carpz. ad d. Const. 28 def. 179 & seq. confer de hac quæst. Geil. 2 obs. 15  
n. 16 Moll. 1 Semest. c. 4. Prædicta tamen hæc locum tum de-  
mum habebunt cum aliunde solutio præstari prioribus non  
possit, secus enim, ille qui sua vigilantia solutionem accepit  
molestari non debet Koppen qv. 62 Dn. Carpz. d. Const. 28. def. 181.

## CLASSIS IV.

Ad hanc classem referimus illos qui personale privilegi-  
um sine omni jure reali & hypotheca habent, quorum privile-  
gia non ex tempore sed ex causa æstimantur l. 7. § ult. ff. de pos. l. 32  
de reb. aut. jud. poss. Novell. Elect. Aug. Const. 28 p. 1 & Ordin. Iud. E-  
lect. tit. 49. Von den Gläubigern / die kein dinglich Recht ha-  
ben / dicuntur autem personaliter tantum privilegiati ad diffe-  
rentiam privilegiatorum personaliū legalem hypothecam si-  
mul habentium de quibus supra actum est.

§. 1. Collocantur in hac classe deponentes, si deposti-  
tum jam consumptum sit. l. 24 § 2 ff. de reb. aut. jud. poss. quod  
tamen restringunt Dn. Carpz. de const. 28 def. 150 & seq. Berlich.  
concl. 70. n. 3. ad depositum voluntarium & extra judiciale  
qvæ & fundata est restrictio in Ord. Iud. Elect. tit. 49. pr. doch daß  
solches alles allein von den depositis voluntariis & extra judicia-  
libus zu verstehen.

§. 2. Accensetur huic ordini Respubl. creditrix l. pen.  
§. 1 de reb. aut. jud. poss. id quod nos ad quasvis Respubl. exten-  
dimus etiam superiorem recognoscentes VVes. de priv. cred.  
n. 5 extenditur idem hoc privilegium ad alimenta & pias cau-  
sas,

fas, quæ tamen ecclesias, scholas & hospitalia non concernat,  
*Novell. Elect. Aug. const. 28. p. 1. §* ferner sollen nach denen verb. alles  
was zu milden Sachen gehöret & *Ord. Iud. Elect. tit. 49. §* alles  
was. ad pias causas autem referimus quoque legata studiorum  
gratia relicta *Reus. vol. 2. p. 4. de testam.* quæ stipendia de jure  
Saxonico etiam tacitæ hypothecæ jure nituntur *Ord. Iud. tit.*  
*45 §* Weil aber.

§. 3. Tribuitur hoc privilegium etiam venditori in resi-  
duo precii, si fidem de pretio habens, de pignore sibi non pro-  
spexit *Ordin. Iud. El. tit. 49 § ult.* Ingleichen da einer etwas ver-  
kaufft hette. Fide verò non habita vel dominio usqve ad pre-  
cii solutionem reservato vel accepto pignore omnibus alijs  
creditoribus præfertur. *ibid sub fin.* Da er sich aber der Haupt-  
summa halber selber versichern lassen/sol er sich solcher seiner Assen-  
suration halten.

§. 4. Inter hosce privilegiatos creditores etiam referi-  
mus, qui sine usuris pecuniam crediderunt. *Da. per l. 7 § final.*  
*ff. de pos. Ord. Iud. d. l. 49 §.* Wenn auch einer.

§. 5. Si jam plures ita nude privilegiati concurrant, de-  
quæ præcedentia certent, quomoda lis hæc decidenda sit, quæ-  
ritur? Resp. eos non temporis varietatem sed pondus causæ,  
per quæ sine dubio intelligit titulum debiti, dirimere & deter-  
minare *l privilegia 32. ff. de reb. aut. jud. poss.* puta si privilegia fue-  
rint imparia *Consult. Constit. Sax. Tom. 1. p. 3 q. 7. n. 58 sub fin. Berl.*  
*Concl. 70 n. 28.* Aliàs enim nulla habita ratione temporis con-  
currentes pro rata cujusq; debiti admittuntur æqualiter, *d. l.*  
*privilegia 32. Novell. El. Aug. p. 1. Constit. 25 § ult. Beust. ad l. admon.*  
*de jure j. n. 968. VVesemb. de priv. cred. n. 6. Geil. 2. obs. 25. Berl. p. 1. Con-*  
*clus. 70. n. 26. § seqq.*

## CLASSIS V.

Ultimo loco sequuntur Chirographarii, qui de residuo,  
si quid

si quid superest, solliciti, illud inter sese pro rata, æqualiter dividunt nulla attentata prærogativa causæ atque temporis. *l. 6. C. de bon. aut. jud. poss. l. 5. §. 7. de trib. act.*

§. 1. Referuntur huc non solum qui Cheirographo; sed & qui per testes vel per confessionem debitoris, vel alio quocunque modo probare possunt sua credita, Die andere Nachricht haben/d *Constit. 28. §. ult. & Ordin. Jud. El. tit. 50. Coler. de process. Execut.*

§. 2. Referuntur inter alios ad hanc classem quoque illi, qui arrestum petiverunt & impetratum legitime non prosecuti sunt, *Moll. d. Const. 28. n. 78. Berlich. Concl. 69. p. 1. ut & Hypothecarii, qui ex hypotheca sua integram solutionem consequi non poterunt, quia in non obligatis pro simplici creditore reputantur, l. si debitor 10. ff. de pig.*

§. 3. De hisce ut & de reliquis omnibus de quibus idem esto iudicium, notandum (1) est, quod hi omnes pro rata æqualiter sine omni respectu temporis admittantur, ita tamen ut hæc æqualitas redigatur ad proportionem geometricam, non arithmeticam, scilicet enim eveniret, ut in debitis in æqualibus alteri integrum, alteri vix dimidium exsolveretur *Vveserb. de privil. Cred. n. 6.* (2) quod fallat prædicta regula in agnatis, si forte frater, patruus, aut similis consanguineus debitoris inter Chirographarios fuerit. Hæc enim jus prælationis habere affirmat *Berlich. p. 1. Conclus. 71. n. 3. per l. 1. ff. de priorit. Cred. Beuth. d. l. c. 63.* Die nechst verwandten, à quo dissentit *Dn. Carpz. d. Const. 28. de fin. 158* obtinere saltem eo in loco, ubi ita receptum sit, asserens (3) si forte bona debitoris non sufficiant, quemlibet pro rata aliquid remittere oportere. *Ord. Jud. El. tit. 50. in fine pr. vers. daß wanns nicht zureicht/* quod tamen postea si debitor ad pingviorem fortunam redierit, repetere ipsis integrum est. *Berlich p. 2. Concl. 244.*

§. 4. Coronidis loco quaerimus, si soli Chirographarii & quidem ejusdem tituli concurrant & uni ex illis creditum solutum fuerit, an reliquis detur repetitio, id quod negamus,

sive

sive sponte solutum fuerit, sive iuste exactum l. Pupillus 24. §. sin  
vero ff. qvæ in fraud. creditorum. l. 21. ff. de pecul. l. si non expedierit 6.  
§. 2. ff. de reb. aut jud. possid. Geil. 2. obs. 25. n. 17 modo solutio sit facta  
bonis nondum possessis, etenim cum in pari causa potior sit jus  
occupantis, l. 178. de R. J. iniquum foret quod ipsius diligentia  
ipsi quaesitum est, revocari ab aliis, quod sibi et ipsis acceptum  
ferre debeant potius, atq; imputare quod non didicerint  
rebus suis melius præesse l. 22. §. 4. C. de  
jure delib.

---

### COROLLARIA:

**C**lerici persona à feudi successione excluditur ita ut ne quidem  
per substitutum invito Domino servire possit.

Fœmina semel exclusa à feudi successione non censetur perpetuo ex-  
clusa.

In contrahendo Matrimonio Consensus parentum est Necessitatis, et-  
iam de Jure, Can.

Filius primogeniti jure primogenitura Patruo rectè præfertur.

Donatio à Constantino facta in cerebro Pontificis nata.

Reformata Religionis assertores, quos vulgo Calvinistas vocant, à  
publica Religionis pace Comitibus Augustanis de anno 1554. exclusi,  
nunc tandem Pacificatione nova Osnabrug. in eam re-  
cepti sunt.

FINIS.

DA A 6620

ULB Halle 3  
002 937 557




EL DA










B.I.G.

Farbkarte #13

Black 3/Color White Magenta Red Yellow Green Cyan Blue



7.  
 JURIDICA  
 E  
 & Præ-  
 ditorum,  
 n  
 3 Jctorum Ordinis  
 su  
 DE  
 0  
 Excellentissimo  
 EDO SVE-  
 ol. Celeberrimo, Curia  
 & Inclutæ Facultatis  
 e gravissimo,  
 promotore suo omni ob-  
 u colendo.  
 et  
 elm/Holsatô-Dith-  
 s.  
 R.  
 membris,  
 dianis,  
 Jctorum  
 ga.  
 ERGÆ,  
 LIS Wendts/  
 1651.

